



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-517696-p0001-0

DFG



PRORECTOR  
ACADEMIAE VVITTEMBERGENSIS,  
**IO. HENRICVS**  
**FEVSTKINGIVS,**

S.THEOL.DOCT.EIVSDEMQ.PROFESSOR  
PVBL. CONSIST. SACRI ASSESSOR, AVGVSTISSI-  
MAE PRINCIPIS ELECTRICIS SAXONIAE CONCIO-  
NATOR AVLICVS, ET SEREN. DVC. SAXO  
GOTH. CONSILIARIUS ECCL-  
SIASTICVS,

CIVIBVS ACADEMICIS  
VIAM AD COELVM VIVAM AC  
VIVIFICAM CONTEMPLANDAM  
ET CALCANDAM  
SISTIT.

(1711)

PROFESSOR  
ACADEMIAE ET LIBRARIAE  
IO. HENRICAS  
HERZINGER  
S. THEODORICUS LITERARUM PROFESSOR  
BAE. CONSILIUS ACADEMICUS AGRI. TISS.  
WESPRINCIPIS ERICTRICUS SAXONIAE COND.  
NATUR. AVTOM. INGENIUS SAXO  
GOTH. CONVERS. LIBRARIUS ECCE.  
13 A 1298  
CIBAS ACADEMICIS  
AVM AD COELVM AVM AC  
AVHICVM CONTEMPLVNDS  
ET CAVENDVS  
SALV.





IA omnino est πρόσφατος καὶ  
ζῶσα, nova seu recentissima *Hebr. X. 28.*  
ma, VIA viva, & vitam por-  
tendens atque afferens,  
quam Christus, Dux salutis  
nostrae morte sua, resurre-  
ctione ac ascensione nobis  
ἐνεκάγισεν, initiavit, sanctifi-  
cavit, atque ad iter ineundum, accessumque insti-  
tuendum aptam reddidit. VIA alioqui I.) absque  
hoc צְפָרֶה *effractore* & *perruptore* plane invia &  
inacessa fuit. Non enim movemur rationibus TAR-  
NOVII, Theologi alias subacti judicii, ut emphati- *Exercit.*  
cum hoc nomen, quod Micheas c. II. 13. Christo as- *Bibl. p. 439.*  
signat, ipsi abrogemus, & de crudeli Assyriorum &  
Babyloniorum Tyranno intelligamus; neque enim  
scopus capitis promissionem excludit, quam Proph-  
etis post comminationes plerumque subjungere so-  
lenne est, nec semper adduntur particulae adver-  
satiae, qualis hic desiderari videbatur. Neque  
minus idonea est significatio voculae צְפָרֶה, quae o-  
mniem cuiuscunque generis sit, disruptionem no-  
tat, imo vel ideo nobis commoda, quoniam ple-  
rumque significat *perruptionem cum poena hostium*,  
*conjunctionem*: quo enim vocabulo aptius exprimi pot-  
terat illa λύσις operum Diaboli I. Joh. III. 8. in-  
fensissimi hostis mortalium generis, quam per e-  
jusmodi *effractionem* satis violentam ac fortissi-  
mam, per Simsonis incredibilem fortitudinem ac  
robur praefiguratam & adumbriatam, cui facillim-  
um erat Philistaeorum portas effringere, & po-  
stes, spoliorum instar, secum auferre Jud. XVI. 3.

Ita non minus clausum nobis fuit iter ad coelum,  
& gladio Cherubini ancipiiri ac evaginato flammeo-  
que, (qui maledictionem divinam repraesentabat,  
*Uterque in*  
*Comment.*  
*in Gen. c.*  
*III. 24.*  
*v. 19.*  
*in Ep. ad*  
*Hebr. l. c.*  
& quem mira metamorphosi GROTIUS & CLE-  
RICVS in naphthaim sive bitumen ex terra ardens,  
& viam ad Paradisum terrestrem praecludens, trans-  
mutant) nec non sepimento plane inseparabili legis  
rigorosissimae Exod. XIX. 21. 12. adeo impervium fa-  
ctum, ut sine *άξηνῳ* unico salutis Ebr. II. 10. transfiri  
a nemine potuerit. Ratio hujus rei in proclivi po-  
sita, postquam ire ad Deum non placatum, qui ob-  
justitiam suam immutabilem *πορευαλίτου* dici-  
tur Hebr. XII. 29. si vel maxime accessus detur, nihil  
aliud sit, quam stipulas offerre flammis consumen-  
das. Idcirco summae ac ineffabilis bonitatis divinae  
specimen depraedicat Apostolus, quod II. ) illa VIA  
alias inaccessa & nemini hominum unquam calcanda  
facta sit *προσφατός*, noviter praeparata, aptaque  
non solum ad *accessum*, verum etiam ad *ingressum*:  
Sermo enim est de Sanctuario vitae aeternae, utpo-  
te in quod *έστοδον*, ipsam *ingressionem & fruitionem*,  
et non saltē aliqualem aditum, per sanguinem su-  
um Salvator noster acquisivit. Nostris doctrinis con-  
formiter hic scribit JACOBVS CAPPELLVS, in aliis  
multis novaturiens & partium suarum non oblivio-  
fuis, dari nobis libertatem ingressus, non solius acces-  
sus: Ingressus siquidem metae comprehensoribus, ac-  
cessus vero etiam viatoribus in *stadio* adhuc consti-  
tutis competit. Ubi simul modum parandi illam  
VIAM describit Apostolus tum ipsa illa voce *προσ-*  
*φάτος*, quae *recenter factam mactationem* denotat,  
ac alia ratione viam salutis non aperiendam diserte  
mon-

monstrat, quam quidem occidente victimae unice  
sufficiens, nimurum Christi: Hinc manifeste p<sup>rae</sup>  
terea asserit Paulus, factam esse illam perruptionem  
ēt τῷ ἀγρῷ Ἰησοῦ, quae formula aequipollet illi, qua  
alias utitur, διὰ τὸ ἄγρον. Eph. I. 7. ut sic facile e-  
lucescat, non p<sup>rae</sup>eundo saltem Ducis instar, sed pu-  
gnando etiam, sanguinem fundendo, moriendo pati-  
endoque illam VIAM a Christo fuisse apertam. Nec  
admitti poterit HAMMONDI paraphrasis, qua ad  
dilucidationem & illustrationem viae maiorem p<sup>rae</sup>  
in c.X. Hebr.  
umbris ac rudimentis Judaicis, a Christo introdu-  
ctam respici vult, nam eadem via salutis Patribus  
V.T. cum nostra fuit, a Christo unice parata, nova-  
que dicitur non in opposito ad VIAM veterem,  
sed ad viam plane inviam & nunquam alioqui te-  
rendam, nisi a Salvatore & hostium triumphatore  
fuisset asserta & vindicata. Admirabilis sane & di-  
vina prorsus expressio est methodi, quam ad hoc ne-  
gotium peragendum initit; Initiativit enim nobis vi-  
am illam, aut potius dedicavit, (hoc namque est  
Graecum ἐπαγγελία) ita illam reddidit usibus nostris  
aptam, ut eam ingredi non modo, verum etiam per-  
gere in ea usque ad consecrationem coelestis haere-  
ditatis liceat, idque ēt παρόντα, summa cum fidu-  
cia, vel fidei firmitate, quae nullis exceptionibus pos-  
sit illatenus labefactari.

Facta vero est illa viac salutis initiatio διὰ τοῦ  
παταπετάσματος, per velamen, id est, carnem ipsius.  
Nemo facile dubitaverit, respicere Spiritum S. ad ve- Arias Mon-  
lum, quo distinguebatur Sanctum Sanctorum a re- tanus An-  
liquis tabernaculi & templi partibus. Velum hoc tig. Iudaic.  
ab Aegyptiis ortum suum traxisse nunquam nobis L V. Vol. II.  
per P. 615.

*De Leg.* persuadebunt SPENCERV<sup>S</sup> & CLERICVS, quan-  
*Mos. L. III.* doquidem hi potius a Judaeis, quam isti ab Aegy-  
*Diss. 6. c. 2.* ptiis illos ritus petiverunt, quod vel ipsae tempo-  
*Comm. in* rum rationes docent: & ipse divinae praceptionis  
*Exod. 26.* rigor, qui circa hoc velum speciatim elaborandum  
33. nullam aliam voluit figuram exprimi, quam quidem  
Mosi in monte monstrata fuisset, Exod. XXVI. 30. 31.  
Nova itaque ea figura fuit, non Aegyptiaca, utpote  
quam millies viderant Israelitae. Velum vero car-  
nem praefigurabat a Filio Dei assumendam, & sce-  
nam veluti, in qua plenitudo ejus personaliter ha-  
bitaret: Scissio itaque veli, laceratio corporis Chri-  
sti fuit, & fractio templi illius Joh. II. 19. satis vio-  
lenta & cruenta; Quemadmodum nimirum velo in  
tabernaculo ac templo intergerino, quilibet praeter  
Pontificem summum arcebatur ab intuitu & ingre-  
*Matth.*  
*XXVII. 51.* su in Sanctum Sanctorum: Scisso vero per miracu-  
lum illud summum in passione Salvatoris, via satis  
lata patebat; Ita per dilacerationem & vulneratio-  
nem, imo & solutionem corporis Christi ab anima,  
non solum rerectio facta est umbrarum ac typorum  
antehac satis obscurorum, verum, quod palmarium  
est, aperta etiam fuit via in coelum patentissima,  
omnibus, quibus alioqui plane erat interdicta. Sic  
Patres ecclesiae optimi, sic praestantissimi quique in-  
ter doctores purioris coetus rem explanarunt. Ha-  
*Respons. ad* beat nimirum sua sibi ac sociis suis JACOBVS ARMI-  
*Art. X.* NIVS, cui visum est ab hac via per Christum parata,  
*Oper. p. 150.* homines fideles V. T. excludere, nemo enim, vi  
protevangelii in Paradiso promulgati, ab hoc intro-  
itu arcetur, quocunque demum tempore aut aeta-  
te vixerit: nec etiam opus erat, ut idcirco animae  
eorum

corum in loco tertio detentae fuerint, donec illa  
via reclusa atque aperta sit, siquidem fides, quae eos  
salvabat, in Perruptorem illum unicum, certo ven-  
turum in carnem, ferebatur, ita ut ejus sanctissimi  
meriti efficacia non minus retro valuerit, quam in  
futurum viventibus prospexit. Adeo via haec nihil  
aliud est, quam via fidei, cum correlato suo, nimirum  
passionis, mortis ac resurrectionis Christi merito, con-  
sideratae. His actibus exinanitionis & exaltationis in  
assumpta carne omnia perfecit, & ita consummavit,  
ut sic via ista III.) non sit mortua sed *ζωτική*, *viva* &  
*vivens*, ex solo nimirum merito Salvatoris; (non  
conciliant opera ipsi vitam, sed vivere eam demon-  
strant;) *Viva*, quoniam objecto nititur vivo, Chri-  
sto ex mortuis resuscitato ob justitiam nostram Rom.  
IV. 25. *Viva*, quia vivifica, & viae mortis, qua nobis  
alias intereundum esset, directe opposita, concilia-  
trix & reparatrix vitae cum spiritualis tum aeternae  
& nunquam cessurae. Mortifera postquam facta  
est nobis via legis, non sua, (sancta enim est,) sed  
nostra culpa ac impotentia servandi. Rom. VII. 12. 13,  
Gal. III. 21. unica haec via evangelica supereft, *vi-*  
*Dannb. Ho-*  
*vida, imo vividissime vivax & vivifica*, quoniam *dof. p. 480.*  
ab eo, qui *via* & *vita* est, tum praeparata nobis,  
tum calcata & sanctificata, ut per Spiritus S. vivifi-  
ci & illuminantis ac regenerantis gratiam terere  
ac emetiri eam nobis libere liceat; nec dubitandum  
sit fidelibus de felicissimo illius viae exitu sub mor-  
tem ipsam consequendo, ubi Triumphatoris unici  
ac vivifici ope per lethum ad laetissimam vitam tran-  
situ auspiciatissimo perrumpunt. Joh. V. 24.

Haec

Haec cogitate nobiscum, CIVES ACADEMI-  
CI, & in hoc, inter reliqua, momento sedulo pen-  
sitando, ferias has Paschales consumere nulli dubi-  
tate. Quam viam iactatione & oblatione Christi  
in ara crucis sanctissima, ipso denique mortis felici  
exitu, resurrectione nempe ejus, praeparatam me-  
ministris, ingredi haud recusate, sed voluptatis in-  
credibilis loco numerate, si accedere possitis vero  
corde, εν πλησι Φροντίδα πίεσσως, plenissima fiducia, & ab-  
luti conspersaque corde ac mundati a mala conscientia,  
alterque alterum παροξυσμῷ seu incitatione  
sinceri amoris & bonorum operum stimulet atque  
impellat. Hebr. X. 22. Volupe sit hac via vivifica in-  
sequi Christum Ducem, nonnisi ad coelestem vitae  
gloriam nos manuducentem, imo, quae promissi e-  
jus clarissimi ratio est, Joh. XII. 32. ad se attrahen-  
tem, & in coelum portantem Luc. XV. 5. 6. Volu-  
pe sit adsperrnari seculi luxuriam, & in peccatis mor-  
tuorum semitas non calcare, sed Christi solius ve-  
stigiis insistere, ac fiducia in eum, in mediis etiam,  
quae hinc inde imminere ac minari interitum ui-  
dentur, calamitatibus, firmiter ac unice niti. Nec  
etiam sit Vobis injundum, viam, quam praecepimus  
ad aram monstramus, certatim insequi, & ministris  
verbi charissimis, quorum non postremum munus  
est, iter ad coelum, viamque ad vitam exponere, vel  
uno apposito nummo gratitudinem testari. P. P.  
VVITTEBERGAE Prid. Fer. I. PASCH. A.O.R.

M D C C X I.

V VITTEBERGAE,  
Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.





